

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*31*

1417 luglio 15, Ind. X, Matera

† In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quatricentesimo septimodecimo. Regnantibus ... Iacobo et Iohanna secunda, Dei gratia Hungarie, Ierusalem et Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rege et regina, Marchie castrensis, Provincie et Forqualquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum... dicti... regis anno secundo et dicte ... regine anno tertio ... mense iulii, die quintodecimo eiusdem decime indictionis, Matere.

Nos Iohannes Lilli de Paulo Grasso, de Matera, annalis ipsius terre Matere iudex, Antonius Angeli de Costantia, de eadem terra ... puplicus per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, Nicolaus de Angelo, Nicolaus de Iacobo, Andreucius Angeli de Iohanucio, Lillus de Paulo Grasso, Eustasius de Theopisto et Nicolaus Iacobi Mafri, testes ... de eadem terra ... fatemur ... quod ... constitutis Iohanne de Turchio, de Matera ... et ... domina Rosella, abbatissa loci seu monasterii Sancte Lucie, de Matera ... sorore Mabilia, priorissa eiusdem loci et ceteris aliis monialibus ..., prefatus Iohannes de Turchyo asseruit ... habere ... intus in terra Matere, in Civita eiusdem terre, in pictagio Sancte Dominice partes duas unius cripte, cum platea, cammarella, orticello et tertia parte unius cisterne ante ipsas, quam cisternam dixit habere comuniter pro indivisam cum Andrea Antonii de Comestabulo et Nicolao Angeli de Petro comuniter pro indivisas cum alia tertia parte dicte cripte, cum platea, camarella, orticello et tertia parte cisterne predictae, quam et quas dixit ... traddidisse ... eidem monasterio tempore oblationis sue facte dicto monasterio ... et placetat ei ipsas vendere ... Qua propter ... vendidit ... prefatis monialibus ... predictas partes duas dicte

cripte cum platea, camarella, orticello et tertia parte dicte cisterne ... pro ... pretio unciarum quinque ... Quarum quidem partium duarum dicte cripte ... dictus ... venditor hos dixit esse fines, videlicet primus finis est cripta Andree Antonii de Comestabulo, secundus finis est paries inlaustri heredum magistri Iohannis Infantelli, tertius finis est frons ipsius cripte, quartus denique finis est via puplica ...

† Iohannes Lilli de Paulo Grasso annalis Matere iudex

† Ego Nicolaus de Angelo testor qui supra

† Signum crucis de proprie manus Lilli de Paulo Grasso, qui supra testis scribere nascentis

† Ego Nicolaus de Iacobo testor qui supra

† Ego Andreucius Angeli de Iohanucio testor qui supra

† Signum crucis proprie manus Nicolai Iacobi Mafri qui supra testor scribere nescientis

† Signum crucis proprie manus Eustasii de Theopisto qui supra testis scribere nescientis